

1204 Februar 2, Altzelle

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 137 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 17,4–17,5 cm breit, 41,0–41,5 cm hoch, Plica 4,3–4,5 cm; an der Unterkante der Plica (rechts) ist ein Pergamentstreifen befestigt, der den Vermerk super decimam Woinitz (saec. XIII) trägt — Besieglung: angekündigtes Siegel Markgraf Dietrichs von Meißen verloren, Reste weiß-gelber Seidenfäden sind noch am Beschreibstoff befestigt (2 Schnitte in der Plica und im darunterliegenden Pergament) — Dorsualvermerk: de decima Woiniz, quam contulit nobis Bernhardus de Trebecin (saec. XIII).

Edition: CDS I/A, Bd. 3, S. 64 f., Nr. 78 aus A.

Regest: Beyer, Altzelle, S. 524, Nr. 28 — Hausen, Vasallen-Geschlechter, S. 522 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 233, Nr. 1262 — Patze, Altenburger UB, S. 39 f., Nr. 51 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 81, Nr. 151.

(C.) IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. THEODERICUS DEI | GRATIA MISNENSIS MARCHIO. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, | quod fidelis noster Bernhardus de Trebecin ministerialis imperii quedam | bona de nobis feudali iure possidet, dominicale quoddam scilicet Woiniz nomine, | cuius area novem mansos habere dinoscitur. Volens igitur liberalis ille memoratus vir | deo devotus oblationem offerre spontaneam de supra dictis bonis omnem agriculturę | ob salutem anime suę suorumque fructum annotinum decimare proposuit preter decimam | ecclesasticam et ecclesię beatę semperque virginis Marie in Cella parentum nostrorum industria | fundatę dictam decimam perpetuo possidendam contulit. Verum quia id sine nostro | assensu effectui mancipari non potuit, spe divinę remunerationis assensi sumus, | ita dumtaxat, ut dicta bona in quamcumque manum devoluta fuerint, in posterum | ecclesię prefatę sua donatio maneat inconvulsa. Et ut ea, quę gesta sunt, perpetuo | rata perseverent, presentem paginam auctoritate nostri sygilli roboramus testes | idoneos annectentes, quorum ista sunt nomina: Tammo prior totusque conventus | in Cella, Hildebrandus capellanus, Theodericus prefectus de Kirberg, Albertus | de Vroburg, Heidenricus de Weda, Otto et Matheus de Misna, Petrvs | et Tammo de Noscin, Burchardus de Ueste, Anno de Muchele, Hageno | de Dobelin, Heinricus de Cure. Acta sunt hec in Cella sancte | Marie sub abbate Matheo anno ab incarnatione domini M^oCC^oIII^o, indictione | VII^a, III^o non. febr., regnante domino nostro Iesv Christo.

(SP. D.)

30.

Markgraf Dietrich von Meißen beurkundet, daß Albert von Kötzschau dem Kloster Altzelle 12 Hufen in Mochau verkauft und er selbst dem Kloster 8 Hufen in Mochau und 4 Hufen in Abend (?) übertragen hat.

1205 Oktober 10, Collm